UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Columba virgine et martyre. Cap[itulum]. xxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

perit qui eum ſecuti fuerant; vt viderent quid
ageret ne populum decipere poſſet: quos dra-
conis flatu fetido pene mortuos ſecū eduxit
incolumes atq; ſanos. ¶ Deinde cōſtantinus
imperator romanā prouinciā cū tota vrbe dei
eccleſie donauit: ⁊ byzantiū mutato nōie conſtā
tinopolis reedificauit: iſtucq; imperiū tranſtu
lit. Et beatus ſilueſter in vrbe remāſit. ¶ Hu
ius precepto aſſentiente imperatore cōſtātino
⁊ pſidente ꝯſilio in nicea bitynie ciuitate cele-
brata eſt pria ſynodus. cccxviij. patrū qui fidē
catholicā expoſuerunt: ⁊ multa decreta conſti
tuerūt. In quo cōſilio ſilueſter epiſcopus oſio
epiſcopo cordubñ. ⁊ victori abitalñ. vices apo
ſtolicas cōmiſit: vbi ⁊ dānati ſunt arrius ⁊ pho
tinus ⁊ ſabellius heretici ⁊ eorū ſequaces. In
vrbe vero roma cū auxilio auguſti celebrauit ipſe
conſiliū. cc. epiſcoporū vbi eoſdē hereticos dā
nauit. ¶ Hic conſtituit chriſma ab epiſcopo cō
fici. ⁊ vt epiſcopus baptizatum conſignet pro-
pter hereticam ſuaſionē: et vt baptizatum ſta-
tim ⁊ a fonte leuatū liniat chriſmate preſbyter
in vertiſſe ꝑpter mortis piculū. Cōſtituit etiā
vt nullꝰ laicus clerico crimē audeat inferre: ⁊
vt romanꝰ pſul a nullo iudicet: ⁊ vt pſbyter nō
condēnet niſi ſub. xl. teſtiū certa cōprobatiōe.
Et vt minoris ordis maiorē nullꝰ poſſit accuſa
re: ⁊ vt clericus ante laicos non iudicetur: ⁊ vt
nullus clericus propter cauſam quālibet in cu
riā introiret niſi in eccleſia tantū. ¶ Hic conſti
tuit: vt diaconi dalmaticis vterētur: ⁊ vt ſacriſi
cium altaris non in ſyrico neq; in panno tincto
niſi tantū in lintheo terreno procreato ⁊ mūdo
celebretur: ſicut ⁊ corpus dñi noſtri in ſindone
mūda ſepultum eſt. Conſtituit etiam: vt ſiquis
deſideraſſet in eccleſia militare vel proficere:
vt eſſet lector dies. xxx. exorciſta. lx. acolitus
annos. iij. Subdiaconꝰ annos. v. diaconus. vij.
preſbyter annos. iij. probatus: ⁊ ſic in epm con
ſecratur. Conſtituit inſuper: vt ſiquis mortis
reus ad eccleſiam confugeret iudicium mortis
euadat: ⁊ alias multas cōſtitutiones decreuit.
Qui poſt opera multa laudabilia quieuit in pa
ce. ij kalen. ianuarij. imperante conſtantino cir
ca annū dñi. cccxc. ſepultuſq; eſt rome iuxta pa
latium octauiani in loco qui dicitur ac caput: ⁊
ceſſauit epiſcopatus dies. xv.

¶ De ſancto Barbatiano preſbytero
⁊ confeſſore Cap. xxiij.

BArbatianus preſby-
ter cū timotheo preſbytero de an
tiochia venit romā: qui ſanantes
egrotos multa miracula operabā-
tur. Quorū famam audiēs galla
placidia auguſta: que tunc cum filio ſuo valen-
tiniano imperatore rauēne reſidebat: cū eodē
principe venit romā ad predictos dei famulos
viſitandos. Honorio altero imperatore eiuſdē
filio tunc mediolani degente. Dū ergo regina
romā perueniſſet: inuenit timotheū preſbyte-
rum ad chriſtū migraſſe. Barbatianus vero in ci
miterio ſancti calixti morabat occulte ieiuniis
⁊ orationibus intētus. Qui ab auguſta requiſi-
tus ⁊ cognitus rogatus eſt ab ea: vt quandam
eius ancillam oculoꝝ grauem lāguorē patientē
ſanaret. Cui ille ſudarium ſuū miſit: eiuſq; con
tactu oculi ancille ſanati ſunt. Deinde galloge
nem quēdam imperatoris famulū: qui de ſcala
cadēs pedem contriuerat liberauit. Theodorū
quēdam cecum illuminauit: ⁊ alia plura miracu
la fecit. Quem multis precibus auguſta galla
⁊ filius eius valētinianus imperator ſecum ra
uennam duxerūt: vbi iuxta palatium edificauit
eccleſiam ſancti iohānis baptiſte: et cenobium
monachoꝝ conſtruxit. Sed dū regina eccleſiā
ſancti iohannis euāgeliſte a fundamentis ere-
xiſſet: quā in eius nomine cōſecrari volebat: ⁊
affligeret multū: eo ꝙ nullas reliquias beati
apoſtoli ibi ponēdas habere poſſet: orātibꝰ no
cte barbatiano ⁊ regina: apparuit ſctō dei bea
tus euāgeliſta altare thurificās: ſctūſq; preſby
ter reginā que aliquātulum dormitauerat ex-
citauit: que etiam euangeliſtā cōſpiciens dum
ꝑpius feſtinaſſet: vt pedes eius teneret: ipſe di
ſparuit: vnū tamē ex ſandalibus in manibꝰ au-
guſte reliquit: quod ibidem repoſitū ꝑ magna
reliquia conſeruatur. Poſt hec dū theodoram
quēdam nobilem a fluxu ſanguinis liberaſſet:
⁊ ob hoc illa virum dei frequētaret: vitius vir
eius zelotipie ſpiritu ductꝰ barbatianū ſummo
mane ad eccleſiā tendentē occidere voluit: qui
educto gladio ⁊ erecto brachio ita detentus eſt
⁊ factus immobilis: ꝙ nec loqui potuit: nec bra
chium deponere: nec inde ſe mouere donec cla
ra die inuētus peccatū ſuum cunctis confeſſus
eſt. Quieuit autē ſanctus in pace. ij. kalen. ia-
nuarij ſepultus in monaſterio ſuo ab auguſta
galla ⁊ a ſancto petro archiepiſcopo: vbi ⁊ quie
ſcit miraculis coruſcans.

¶ De ſancta Columba virgine et
martyre. Cap. xxiiij.

COlūba virgo paſſa
eſt in ciuitate ſenoneñ. ſub au-
reliano imperatore: qui apud
ipſam vrbem reſidēs virginem
ſibi delatā vt chriſtianā teneri
fecit: que dū ſacrificare nollet:
nec nubere: iuſſu imꝑatoris adducta ē ad locū
publicū meretricū: vt oībus ſibi illudere volen
tibus exponeret. Ad quā dū iuuenis quidā la-
ſciuus nōie baruchā eſſet ingreſſus: vrſa fero-
ciſſima de cauea fugiēs illuc acceſſit: et ipſum
apprehēſum ad terrā ſtrauit: intēdens in colū-
bam: nutibus quodāmodo interrogās quid iu
beret: ſed ea mandante iuuenis ſine leſione di-
miſſus cōuerſus eſt. Urſa vero ante ianuā ſe po-

nens neminem ingredi permittebat: quod au-
diens imperator ignē circa cellā accēdi fecit.
Urſam aūt iubente virgine per tectū aſcendēs
aufugit. Moxq imber ab aphrico veniēs ignē
extinxit. Quā aurelianus extra ciuitatē addu
ctam decollari mandauit. Sepultaq eſt apud
ſenon. ij. kalen. ianuarij.

¶ De ſanctis Sauiano et ſocijs epiſcopis et
martyribus. Cap. xxv.

Sauianus: potentia-
nus: et altin⁹ epi fuerūt ex ſeptua
ginta duob⁹ diſcipulis xpi miſ-
ſis a beato petro apl'o ad gallias
predicādas. Ubi ſauian⁹ primas
totius galliarū puincie cōſtitutus verbo et exē-
plo vna cum ſibi adiūctis ſocijs ppl'm inſtāter
docebat: et multa miracula faciebat. Sed dum
apud ſenon. predicaret: tent⁹ ab infidelibus p
xpi noīe decollatus eſt: ibiq tumulatus: cui ſuc
ceſſit in epiſcopatu potentian⁹: qui et ipe verbo
predicationis inſiſtens: poſt modicū tps mar-
tyriū paſſus eſt. Corpuſq eius auibus et feris
expoſitū diuina gratia intactū permanēs a fi-
delibus recollectū vna cum ſauiani corpore ſe
pultū eſt. ij. kalen. ianuarij. vbi multa miracula
in egrotātiū mēbris et obſeſſis a demonib⁹ de⁹
operabat. Poſt quos paſſi ſunt etiā ſancti alti
nus ſerotinus et codardus: ſepulti apud marty
res prefatos. Quorū oīum corpora poſtmodū a
ceuilone eiuſdē vrbis antiſtite tranſlata ſunt in
beati petri baſilicam contiguam anno domini
ccccccccxlviij. vij. kalen. ſeptēbris tpe lotharij
et ludouici et karoli imperatorum. Ubi audite
ſunt voces angelice deo gratias agentes.

¶ De ſancto Odilone abbate. Cap. xxvi.

Odilo ab-
bas cluniacen.
floruit tpe otho
nis. iij. cuius vi
tā ſcripſit hugo
cluniacen. qui aluernia nat⁹
militis filius: adhuc infans
oīum mēbrorū impos ex egri
tudine fact⁹ incedere nequi-
bat. Dū aūt die quadā nutrix
alijs intenta: eū iuxta ianuā eccleſie beate vir
ginis reliquiſſet: puer quaſi diuio inſtinctu ma
nibus et pedibus reptans eccleſiam intrauit: al
tare petijt: et ſe ſtudens erigere arā contingēs
ſanitatē mox recepit. Igitur in adoleſcentia
ſua primo factus eſt clericus eccleſie ſancti iu-
liani martyris in aluernia: dehinc ſub ſcō ma-
iolo abbate cluniacen. monachus effect⁹ in ſan
cta cōuerſatione quadriennio viuens defuncto
maiolo abbas a monachis elect⁹ eſt. Qui inter
cetera eius ſanctitatis inſignia: nulla cura vel
ſolicitudine potuit phiberi: quin quotidie ce-
lebraret: vnde in extremis poſitus adraldū mo
nachū fecit calculare quot miſſas celebraſſet
lvi. annis quibus monaſteriū rexerat: quaſi de
his a dño iuxta numerū preciū recepturus. Pau
peribus cōpatiēs manu largiſſima tribuebat:
vt etiā famis tempore ſacra vaſa: et coronas ab
imperatore oblatas eccleſie diſtraheret: et pe-
cuniā ſuſceptā erogaret. Beatā quoq dei ge-
nitricē in ſumma deuotione habebat: et vitā ar-
tiſſimā obſeruabat. Hic puerū cecū a natiuita-
te illuminauit. ¶ Dū in. xl. ad mēſam ederet pa
nem cinerib⁹ inuolutū: aquā a miniſtro in potū
petijt: illeq obtulit. Et dū ſanctus vini ſaporē
guſtaſſet: miniſtrū q ſibi vinū porrexiſſet redar
guit. Iterūq aquā ſibi de fonte allatā in vinū
conuerſam guſtando cognouit. ¶ Apud ticenū
latro velamen altaris eius furat⁹ vendere ipm
nullaten⁹ i foro potuit: et rediēs manū aridā re-
pēte ſenſit: furtūq reportās et veniā petēs ora
tiōe ſcti ſanitatē meruit. ¶ Dū Odilo ticenū
feſtinaret: flumē intumeſcens: qd cūcti vadare
timebant ſine leſione cū ſuis tranſiuit: qd dum
quidam alij attentarent vix euaſerūt. Sequēti
nocte apud quendam hoſpitat⁹ eſt: vbi lucerna
accenſa vento extinguitur: et dū vir ille odilo-
nem inuocaſſet celeſti luce tota nocte dom⁹ il-
luſtratur. ¶ Ueniens aūt ad monaſteriū ſancti
marcelli martyris fluuium inūdantē mirabilr
impetuoſum cū omnib⁹ trāſuadauit: et ceteris
vſq ad femora madefactis: quod etiam preter
naturam fuit: aqua ſibi adhuc maiori miraculo
vix vſq ad talos attinxit. ¶ In monaſterio ſan
cti martini apud ſtratam publicam recept⁹ cū
omniū copiam ad veſcendū exceptis piſcibus
haberet: piſces modicos allatos benedixit et
iuſſit apponi. Et cū eſſent multi diſcūbentes
omnes inde abundanter refecti ſunt: et adhuc
plurima ſuperfuerunt. ¶ Rome etiam degēs
apud monaſteriū dei genitricis quod eſt in mō
te auentino dum vinū ſibi et ſocijs habile: de-
fuiſſet: vaſculū melioris vini ſibi oblatū eſt de
quo omnib⁹ abundanter infuſo cūctis ad ſuffi
cientiam fuit adeo vt nihil alicui defuerit neq
ſupererit. ¶ Apud taurinū quidā febricitans
dum aquā lotiōis manuū odilonis collectā gu-
ſtaſſet continuo a febre liberatus eſt. In mōte
iouiani pauperibus peregrinis ſitientibus ob
uians vinū modicū quod in flaſcone habebat
propinari iuſſit: et omnibus potu ſatiatis: vas
poſtmodum plenum repertum fuit. ¶ Impera
tor hēricus cuppā vitream damaſceno opere
pulcherrime depictam ſibi preſentandam miſit:
quā dum fratres mirarent nuncio adhuc pre-
ſente de manu vni⁹ caſu cecidit et confracta eſt.
Odilo igit timēs ne ex hoc imperator contra
fratrem indignaretur: fragmēta collegit: et ora
tione fuſa cuppā reintegrauit. ¶ Hic primus
diuina reuelatione feſtum cōmemorationis de
functorum poſt feſtiuitatē omniū ſanctorū ce-